

semita tua, Quod contriuiisti nos in loco draco-
num, & cooperuisti nos umbra mortis. Si obli-
ti essemus nominis Dei nostri, & si expandissemus
manus nostras ad Deum alienum, Nonne Deus
requireret ista? Ipse enim nouit abscondita cor-
dis. Sed iam propter te mortificamur tota die,
estimati sumus sicut oves occisionis. Exurge,
quare obdormis Domine? expergiscere, & ne re-
pellas in perpetuum. Quare faciem tuam abscon-
dis? Obluisceris afflictionis nostra & tribulatio-
nis nostra? Quoniam incuruata est in puluerem
anima nostra, adhaeret terra uenter noster. Exur-
ge, adiua nos, & redime nos propter misericor-
diam tuam. Ne proijce me in tempore senectutis,
cum defecerit uirtus mea, ne derelinquas me:
usq; in senectam & caniciem, ne derelinquas me,
donec annunciem brachium tuum, generationi
omni, qua uentura est, potentiam tuam. Esto me-
mor promissionis tuae: Gestabo te, portabo te, usq;
in senectam, cum canueris, te feram, curabo,
fouebo. Beati qui sperant in te. $\omega\iota\sigma\epsilon\upsilon\omega$, $\mu\iota\kappa\eta\eta$
 $\omega\iota\sigma\epsilon\iota$ ω $\chi\rho\iota\sigma\tau\acute{o}\varsigma$ $\beta\omicron\upsilon\kappa\eta\epsilon\iota$. Tibi sit laus, gratia, honos,
gloria, una cum aeterno Patre & Spiritu sancto,
vero, uni, Omnipotenti, misericordi, iusto, &
propitio Deo, in omnem aeternitatem. Uiuimus
in Verbo, uelut embryo matris in aluo. Qui cu-
pit in Verbo uiuere, dicat, Amen. Qui cupit in
Christo uiuere, dicat, Amen. Dicat Amen, quis-
quis se negat esse malum: Amen, dixi, dico, dicam.

Lectori.